


EPISTULA LEONINA

CXCVI

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXCV** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM NONAGESIMAM SEXTAM (196) !

ARGUMENTA

HOMINEM TE ESSE MEMENTO.....	03
FABELLA GRIMMIANA: <i>Die Rabe</i>	04-10
VOCABULA TRANSPORTATIONIS etc. (V).....	11-18
ECHŪS VOCES & EPISTULAE.....	19-22

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS SAL.PL.DIC.

Cara Lectrix, Care Lector,

nunc tandem tibi offero Epistulam Leoninam centesimam nonagesimam sextam (196). Sive argumenta tibi placent sive displicent, scribas nobis quidquid tibi in buccam venerit. Gratias tibi ago in antecessum.

Denuo cena tibi apposita est opipara: tolle lege frueri!

**Medullitus Te salutat
Nicolaus Groß**

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
Die Mercurii, 10. m.Apr., a.2019**



RESPICE POST TE! HOMINEM TE ESSE MEMENTO

TERTULLIANUS Apologeticum 33,3-4: Non enim deum imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se deum volet dici. Si homo sit, interest homini deo cedere; satis habeat appellari imperator; grande et hoc nomen est, quod a deo traditur. Negat illum imperatorem, qui deum dicit; nisi homo sit, non est imperator. (4) Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur; suggeritur enim ei a tergo: “**Respice post te! Hominem te memento!**” Et utique hoc magis gaudet tanta se gloria corruscare, ut illi admonitio condicionis suae sit necessaria. Minor erat, si tunc deus diceretur, quia non vere diceretur. Maior est qui revocatur, ne se deum existimet.

FABELLA GRIMMIANA

93. DE CORVA¹



Fabellâ quâ legendâ relaxêris et obdormiscas

Aliquando fuit regina, quae habuit filiolum, quae adhuc fuit tam parvula, ut esset brachio gerenda. Aliquo tempore infantula se gessit inoboedienter; mater quomodocumque monebat, puellula numquam quiescebat. Tum ea cum impatiens facta esset, corvis castellum circumvolantibus fenestram aperuit et: »Utinam« inquit, »corva fieres et avolares, deinde ego quiescerem«. Vix haec verba dixerat, sine morâ infantula in corvam mutata e brachio matris per fenestram evolavit. Quae volavit in silvam opacam ibidemque mansit per longum tempus et parentes de filiâ suâ nihil audiverunt. Tum aliquando quidam vir iter fecit in hanc silvam et corvam audivit crocitantem vocemque secutus est; cum propius accessisset, corva

¹ **corva**, -ae f. orig. *Die (sic!) Rabe*. VARRO De lingua Latina 9,36-39: *Ad haec dicimus, omnis orationis quamvis res naturae subsit, tamen si ea in usum non pervenerit, eo non pervenire verba; ideo equus dicitur et equa, in usu enim horum discrimina; corvus et corva non, quod sine usu id, quod dissimilis naturae. Itaque quaedam aliter olim ac nunc: nam et tum omnes mares et feminae dicebantur columbae, quod non erant in eo usu domestico quo nunc, et nunc contra, propter domesticos usus quod internovimus, appellatur mas columbus, femina columba.* In hac fabellâ Grimmianâ convertendâ liceat nobis etiam id facere, quod Romani fecerunt in nomine columbarum adhibendo: postquam coeperunt columbas prope domos alere earumque prolem propagare, coeperunt etiam sexum masculinum a feminino distinguere formis nominum variis. – In Lexico Grimmiano forma nominis corvini feminina dicitur inveniri quibusdam in dialectis Thuringiae et Hercyniae: „neben der rabe im fem. die rabe: durch den hezlichen anblick der schwarzen rabe. pers. rosenth. 5, 13; da spricht man an einem ort der rabe, am andern die rabe, corvus. Stieler kern d. sprachk. 62, er hat einzelne gegenden Düringens im auge, auch am Harze spricht man die rôb.“.

dixit haec: »nata sum filia rēgis, devota sum, sed tu poteris me redimere«. Tum vir rogavit: »Quidnam faciam?«. Deinde corva: »In silvam iter facere si perrexeris, invenies domum, cui insidet anicula; quae tibi offeret esculenta et potulenta, sed tibi non licebit sumere ullum cibum potumve: Si quid comēderis aut biberis, somno sopiēris neque me poteris redimere! In horto post domum magnus est cumulus tannarius², in quo fac ut stes et me exspectes.



Per triduum omni meridie horâ secundâ ad te veniam curru advecta, cui primum adiuncti sunt tres equi albi, deinde quattuor rubri, ultimo quattuor nigri; nisi vigilabis, sed dormies, ego non redimar«. Vir autem promisit se omnia facturum esse, quae illa postulasset. Corva autem dixit: »Vae mihi, iam scio me a te non redemptum iri, te aliquid sumpturum esse ab aniculâ praebitum«. Tum vir iterum promisit se certissimê neque quid attacturum esse esculenti neque quid potulenti. Cum autem vir domum illam intravisset, anicula ad eum accedens dixit: »O vir miserrime, quam fatigatus es, veni et fruire, comede et bibe«. – Tum vir: »Nequaquam!« inquit, »Neque volo comedere neque bibere«. At mulier eum adhortari non desiit et: »Nisi« inquit, »comedere vis, unum saltim haustulum³ sumas ex hyalo, nam parum

² **cumulus +tannārius** orig. *die Lohhucke*. cfr <https://german.stackexchange.com/questions/31104/was-ist-eine-lohhucke>

³ ***haustulus**, -i m. cfr Mathias Untzer, *Tractatus medico-chymici septem*, Halae Saxonum 1634, col.2066: "Aqua nucum juglandium utilis est tempore pestis, si **haustulus** eius potetur, resistit enim veneno pestis aërique infecto, longe autem efficacius operabitur, si nonnihil Theriacae in illa dissolutum fuerit..."

valet semel factum«. Tum vir persuasus bibit. Post meridiem versus horam secundam foras iit in hortum ad cumulum tannarium, ut exspectaret corvam. At ibidem stans subito tam vehementer fatigatus est, ut paululum desideret; tamen non est somno sopitus. At vix decubuit prostratus, oculis ultro clausis vir obdormivit et tam artê dormivit, ut in toto orbe terrarum nihil esset, quo e somno excitaretur.



LABBE'

Horâ autem secundâ corva advecta est cum quattuor equis albis, sed maestissima: »Iam scio« inquit, »eum dormire«. Cum in hortum veniret, vir in cumulo tannario prostratus dormiebat. Corva virum quatiebat et appellabat, sed ille non est excitatus. Postridie tempore meridiano anicula reversa viro attulit esculenta et potulenta, sed is recusavit, quin eadem acciperet. At anicula non desiit eum adhortari, usque dum iterum ex hyalo sumeret haustulum. Versus horam secundam vir iit in hortum ad cumulum tannarium, ut exspectaret corvam. Tum subito tam vehementer fatigatus est, ut corpus suum membris non iam teneretur: itaque non potuit, quin decumberet et somno sopiretur artissimo. Cum corva adveheretur quattuor equis rubris trahentibus, eadem maestissima: »Iam scio« inquit, »illum dormire«. Corva iit ad virum, sed is dormiens iacebat nec potuit excitari. Postridie anicula quaesivit, quidnam factum esset? Illum neque comedere neque bibere; num vellet mori? Vir sitem respondit: »Neque comedere neque bibere volo neque mihi licet haec facere«. At anicula patinam cibus, hyalum vino completum viro apposuit, et nidore ciborum ascendente vir non potuit resistere et haustum vini sumpsit maiorem. Cum tempus veniret, vir foras iit in hortum ad cumulum tannarium, ut exspectaret filiam rēgis; tum etiam fatigatior factus est

quam diebus antea, decubuit et artius dormiret lapide. Horâ secundâ corva vênit quattuor equis nigris adiunctis et currus ceteraeque res fuerunt coloris nigri. Corva autem maestissima: »Iam scio« inquit, »illum dormire neque me posse redimere«. Cum corva ad virum adveniret, is iacebat artê dormiens. Filia rēgis virum quassabat atque appellabat, sed excitare non potuit. Tum iuxta eum primo posuit panem, deinde frustum carnis, tertio lagoenam vini; quarum rerum quantumcumque sumebatur, numquam absumebatur totum. Deinde filia rēgis anulum aureum de suo digito tractum induit viri digito, eidemque anulo insculptum erat nomen puellae proprium. Denique deposuit epistolium, cui inscripserat, quas res ei dedisset easdemque numquam absumptum iri totas, necnon puella inscripserat haec verba: »Video quidem me a te hîc non posse redimi, sed si adhuc vis me redimere, veni ad Castellum Strombergense Aureum, certê enim scio te hoc posse«. His omnibus illi traditis curru aureo insedit et vecta est in Castellum Strombergense Aureum.



Vir cum expergefactus videret se dormivisse, animo contristato: »Certê« inquit, »illam cum sit praetervecta, redimere non iam possum«. Tum autem res iuxta se positas conspexit necnon lêgit epistolium, cui inscriptum erat, quid faciendum esset. Itaque vir profectus est ad Castellum Strombergense Aureum, sed nescivit, ubi hoc castellum situm esset. Postquam iam per longum tempus orbem terrarum permigravit, vênit in silvam opacam, quam per quattuordecim dies permigrans nullum invênit locum, quo ex silvâ

exiret. Cum advesperasceret, vir tam fatigatus erat, ut frutici accumbens obdormisceret. Postridie iter perrexit et vespere iterum frutici accubiturus audivit ululatum atque eiulatum maiorem, quam ut obdormisceret. Cum autem tempus illud veniret, quo homines lumina accenderent, vir lumen nitens conspectum secutus est; tum vênit ad locum ante domum situm, quae visa est perparvula, nam ante eam stabat gigas ingens. Tum vir intra se cogitavit: »Si intravero et a gigante conspectus ero, facile fiet, ut peream«. Tandem ausus est intrare. Gigas autem virum conspiciens: »Bonum est« inquit, »quod venisti, nam diu nihil comédi: ut tandem cenam sumam, statim te devorabo«. Tum vir: »Ab isto incepto« inquit, »malim desistas; haud libenter sinam me devorari; si quid postulas comedendum, equidem satis multum habeo, quo satureris«. Tum gigas: »Si hoc« inquit, »verum est, licet maneat tranquillus; nam te devorare nolui nisi quod nihil aliud habeo comedendum«. Tum abierunt ut considerent ad mensam, et vir attulit panem et vinum et carnem, quorum omnium quantumque sumebatur, numquam absumebatur totum. Tum gigas dixit: »Hoc mihi bene placet!« et ad libitum cibos devorabat vinumque ingurgitabat.

Deinde vir e gigante quaesivit: »Nonne scis mihi dicere, ubi situm sit Castellum Strombergense Aureum?« Tum gigas respondit: »Aspiciam mappam meam geographicam, in quâ inveniuntur omnes urbes et vici et domûs«. In mappâ geographicâ allatâ, quam habuerat in conclavi suo, quaesivit castellum, sed idem mappae non infuit. Deinde gigas: »Hoc« inquit, »nil rêfert. Nam supra habeo mappas geographicas etiam maiores in armario positas; in quibus quaeramus«; sed hoc quoque frustra fecit. Tum vir erat profecturus; sed gigas eum rogavit, ut etiam exspectaret per nonnullos dies, usque dum domum veniret frater suus, qui profectus esset, ut afferret victualia. Frater autem cum domum veniret, eum rogaverunt, ubi esset Castellum Strombergense; is autem respondit: »Si comedero et saturatus ero, castellum in mappâ quaeram«. Deinde frater gigantis cum illis ascendit ad cellam suam et una quaesiverunt mappam eius geographicam, sed eam non invenerunt; at tum alias quoque mappas geographicas attulit, nec desierunt quaerere, usque dum tandem Castellum Strombergense Aureum invenirent, sed idem multis milibus passuum remotum erat. Vir autem rogavit: »Quonam modo illuc veniam?« Tum gigas: »Restant mihi« inquit, »duae horae, quibus te feram usque ad locum

castello propinquum, sed deinde mihi domum redeundum erit ad infantulum, quem habemus, lactandum«. Tum gigas virum transportavit usque ad locum, qui a castello remotus erat itinere centum horarum, et: »Reliquam partem« inquit, »itineris certê poteris facere solus«. Deinde revertit, sed vir progressus est die noctuque, usque dum adveniret Castellum Strombergense Aureum. Quod castellum stabat in monte vitreo, et virgo devota curru castellum circumvecta id aedificium intravit. Vir autem puellâ conspectâ gavisus est ad eam ascensurus, sed quomodocumque hoc conabatur, per vitrum lubricum delabebatur. Cum intellexeret se illam non posse assequi, animo perquam contristato intra se cogitavit: »Velim hîc infra manere illamque exspectare«. Itaque casâ constructâ per totum annum in eâdem consedit filiamque rēgis omni die supra vidit vehementem, sed non potuit ad illam ascendere.



Aliquando ex casâ suâ vidit tres praedones inter se mulcantes iisque acclamavit: »Deus vobiscum!« Hôc clamore audito illi mulcare desierunt; at nemine conspecto denuo unus alterum mulcavit idque cum vehementiâ periculosâ. Tum vir iterum vocavit: »Deus vobiscum!« Praedones iterum aures arrepererunt, circumspererunt, sed quia neminem viderunt, perrexerunt pugnare. Tum vir tertio vocavit: »Deus vobiscum!« cogitans: »Videbo, quidnam illi tres sint facturi«, adiit et interrogavit, quâ de causâ inter se pugnassent. Tum unus dixit se baculum invenisse, quo si ianuam aliquam impulisset, eadem raptim aperiretur; alter dixit se invenisse amiculum, quo induto se fieri invisibilem; tertius autem dixit se cepisse equum, quo equitari posset quocumque, etiam ascendere montem vitreum. Nunc isti tres latrones

dixerunt se nescire, utrum res communiter retinerent an unus ab alio discederent. Tum vir: »Has res tres vobiscum permutabo. Pecuniam quidem non habeo, sed alias res, quae sunt pecuniâ pretiosiores; sed antea mihi experiendumst, num vera mihi dixeritis«. Tum praedones eum siverunt equum ascendere, amiculo induerunt, baculum ei dederunt, et his omnibus acceptis vir ab illis non iam visus est. Tum illis aliquoties luculenter mulcatis vir vocavit: »Heus furciferi, ecce nunc habetis ea, quibus digni estis; estisne contenti?« Deinde ad summum montem vitreum equitavit et, cum supra castellum adveniret, porta eius erat conclusa: tum baculo portam impulit et eadem sine morâ est aperta. Vir autem intravit et per scalas ascendit usque ad oecum, ubi virgo sedebat, cui praepositus erat calix aureus vini plenus.

At virgo eum non vidit, quia amiculo erat circumvelatus. Cum autem vir ante virginem staret, anulum, quem ab illâ sibi datus erat, de digito detractum in calicem iniecit, ut resonaret. Tum virgo vocavit: »Hic est anulus meus, ergo necesse est virum quoque adesse, qui me sit redempturus«. Nunc filia rēgis cum ministris virum per totum castellum quaesivit, sed non invēnit, nam is exierat, equum ascenderat, amiculum deiecerat. At cum ante portam venientes virum conspicerent, iubilaverunt gaudio completi. Tum vir descendit filiamque rēgis amplexus est: quae eum osculata: »Nunc« inquit, »cum me redēmeris, cras celebremus nuptias«.

* *
*

HANC FABELLAM GRIMMIANAM

C.T. Die Rabe

IN LATINUM CONVERTIT

LEO LATINUS

* *
*

VOCABULA TRANSPORTATIONIS ET VEHICULORUM (IV)¹

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

CORBEIL, Jean-Claude/ ARCHAMBAULT, Ariane:

PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003. N = NOVA EDITIO: a.2011.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem primam, quae spectat ad astronomiam. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM
– IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI.
NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.
DOMESTICA – VIII. PLASSATIO DOMESTICA ET OPERA
HORTULANA – IX. VESTIMENTA – X. INSTRUMENTA
PERSONALIA – XI. ARS ET ARCHITECTURA – XII.
COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.
TRANSPORTATIO ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV.
SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas novam partem huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

Nicolaus Groß
LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

¹ cfr EL 163, p.5-8: VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (VIII); EL 185, p.21-27 (IX); 186; 187; 188; 189; 190; 191; 192; 193; 194; 195.

Theodiscê	Anglicê	Francogallicê	Hispanicê	Italicê	Latinê
p.681 Arbeitsprozess des Zweitaktmotors	two-stroke-cycle engine cycle	cycle d'un moteur à deux temps	ciclo de un motor de dos tiempos	ciclo del motore adue tempi	cyclus *mōtrī duōrum temporum
Verdichtung/ Ansaugung	compression/ intake	compression/ admission	compresión/ admisión	compressione/ aspirazione	compressiō, -ōnis f./ *assūctiō, -ōnis f. [assūgo, assūxi, assūctum, assūgere: 4. LUCR.4,1186; CAEL.AUR.acut.3,9,100]
Zündkerze	spark plug	bougie d'allumage	bujía	candela	candēla +accēnsīva [Eichenseer, Latinitas viva, Pars lexicalis, Saarbrücken 1981, p.43]
Verbrennung	combustion	combustion	combustión	scoppio	combustiō, -ōnis f.
Ansaugkanal	inlet port	canal d'admission	lumbreira de admisión	luce di aspirazione	canālis *assūctiōnis
Auspuffkanal	exhaust port	canal d'échappement	lumbreira de escape	luce di scarico	canālis *ēmissōrius
Überströmkanal	transfer port	canal de transfert	lumbreira de transferencia	condotto di passaggio della miscela	canālis *trānslātōrius [cfr Johann Daniel Gohlen, Compendium etc. Pürnberg 1733, p.574sq.sanguinis motus translatōrius]
Kurbelgehäuse	crankcase	carter	cárter	carter	*strophalothalamus, -ī m. [ngr. στροφαλοθάλαμος]
Ausstoß	exhaust/ scavenging	échappement	escape	scarico	expulsiō, -ōnis f.
Arbeitsprozess des Kreiskolben- motors	rotary engine cycle	cycle d'un moteur rotatif	ciclo de un motor rotatorio	ciclo del motore rotativo	*cyclus *mōtrī *rotātōriī [3. cfr nomen botanicum: Chiaστοzygus rotatorius (= alga)]
Ansaugung	induction	admission	admisión	aspirazione	*assūctiō, -ōnis f. [assūgo, assūxi, assūctum, assūgere: 4. LUCR.4,1186; CAEL.AUR.acut.3,9,100]
Einlasskanal	inlet manifold	tubulare d'admission	colector de admisión	collettore di aspirazione	canālis immissōrius
Verdichtung	compression	compression	compresión	compressione	compressiō, -ōnis f.
Auslasskanal	exhaust manifold	tubulare d'échappement	colector de escape	collettore di scarico	canālis ēmissōrius
Verbrennung	power	combustion	combustión	scoppio	combustiō, -ōnis f.
Kolben	rotor	rotor	rotor	rotore	embolus, -ī m.
Ausstoß	exhaust	échappement	escape	scarico	expulsiō, -ōnis f.
Arbeitsprozess des Dieselmotors	diesel engine cycle	cycle d'un moteur diesel	ciclo de un motor diésel	ciclo del motore diesel	cyclus *mōtrī *Dīseliānī [3. cfr Eichenseer, Latinitas viva, Pars lexicalis, Saarbrücken 1981, p.49: Diesellokomotive – Diseliana machina vectoria, Carlo Egger, Latinitas 1982, p.262: oleum Diselianum]
Ansaugung	induction	admission	admisión	aspirazione	*assūctiō, -ōnis f. [assūgo, assūxi, assūctum, assūgere: 4. LUCR.4,1186; CAEL.AUR.acut.3,9,100]

Luft	air	air	aire	aria	āēr , -āeris m.
Verdichtung	compression	compression	compresión	compressione	compressiō , -ōnis f.
Einspritzung/ Verbrennung	injection/ combustion	injection/explosion	inyección/combustión	iniezione/ combustione	iniectiō/ combustiō
Verbrennung	power	combustion	combustión	scoppio	combustiō , -ōnis f.
Einspritzdüse	fuel injector	injecteur	inyector de combustible	iniettore	*spargibulum iniectivum [2.GROMAT.vet.25,9]
Ausstoß	exhaust	échappement	escape	scarico	expulsiō , -ōnis f.
p.682 Benzinmotor im Querschnitt	section of a petrol engine	coupe d'un moteur à essence	corte de un motor de gasolina	sezione di un motore a benzina	sectiō trānsversa *mōtrī *benzīnārīī [4. Eichenseer; Vox Latina 1982, p.333: Benzinpumpe antlia *benzianria]
Ventilfeder	valve spring	ressort de soupape	resorte de la válvula	molla della valvola	*elatēr valvulae
Einlassventil	inlet valve	soupape d'admission	válvula de admisión	valvola di aspirazione	valvula immissōria
Einspritzdüse	fuel injector	injecteur	inyector de combustible	iniettore	*spargibulum iniectivum [2.GROMAT.vet.25,9]
Saugrohr	inlet manifold	tubulure d'admission	colector de admisión	collettore di alimentazione	tubus *assūctōrius
Zündverteiler	distributor, Ignition distributor	allumeur, distributeur d'allumage	delco, casquete del distribuidor	spinterogeno	*spinhērogenum , -ī n. [ngr.: aliter Eichenseer, Vox Latina 1982, p.335: *distributorium (+ignitionis)]
Schwinghebel, Schlepphebel	rocker arm	culbuteur	balancín	bilanciere	vecticulus *oscillātōrius [https://de.wikipedia.org/wiki/Os- cillatoria - Schwingalgen]
Zylinderkopfdeckel	valve cover	couvercle de culasse	tapa de la culata	coperchio delle punterie	cooperculum capitis cylindrī
Zündversteller	spark control vacuum diaphragm	commande d'allumage capsule à membrane	diafragma de vacío	capsula a depressione	*mūtāmen accēnsiōnis
Zündkabel	ignition lead	câble de bougie	cable de bujía	cavo della candela	capulum candēlae
Zündkerze	spark plug	bougie d'allumage	bujía	candela	candēla +accēnsīva [Eichenseer, Latinitas viva, Pars lexicalis, Saarbrücken 1981, p.43]
Auspuffkrümmer	exhaust manifold	collecteur d'échappement	colector de escape	collettore di scarico	ductus *ēmissōrius
Schwungrad	flywheel	volant	rueda libre	volano	rota +impulsīva [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.335]
Auslassventil	exhaust valve	soupape d'échappement	válvula de escape	valvola di scarico	valvula ēmissōria
Motorblock	engine block	bloc-cylindres	bloque del motor	monoblocco	compāgēs *mōtrālis [cfr Eichenseer, Vox Latina 1982, p.333: Motorblock – compages motorii]
Kolben	piston	piston	pistón	pistoncino	embolus , -ī m. [VITR.10,7,3]
Kompressor für Klimaanlage	air conditioner compressor	compresseur du climatiseur	compresor del aire acondicionado	compressore del climatizzatore	*compressāculum temperāculi āerīī
Ölwanne	sump	carter	cárter	coppa dell'olio	cupa oleāria [cfr Pacitti, De autocinetis machinatione a displosione]

					praeditis dialogus. Seds Vaticana, Opus Fundatum Latinitas, 1980, p.60: patera olei, cupa olei]
Ölablassschraube	oil drain plug	bouchon de vidange d'huile	tapón de vaciado	tappo di scarico dell'olio	+verula oleī dēmittendī [cfr Eichenseer, Vox Latina 1982, p.335]
Ölwannendichtung	sump gasket	joint de carter	junta del cárter	guarnizione della coppa dell'olio	*parembysma cupae oleāriae [1. ngr. παρέμβυσμα cfr Liddell-Scott, s.v. παρέμβύω "stuff in".]
Dichtung	gasket; seal; washer	joint; garniture	junta; empaquetadura	guarnizione	*parembysma, -atis n. [ngr. παρέμβυσμα cfr Liddell-Scott, s.v. παρέμβύω "stuff in".]
Kurbelwelle	crankshaft	vilebrequin	cigüeñal	albero a gomiti	axōn mōtōrius [Eichenseer, 1982, p.328]
Keilriemen	fan belt	courroie de ventilateur	correa del ventilador	cinghia della ventola	lōrum cuneātum [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.330]
Riemenscheibe	pulley	poulie	polea	puleggia	*trochalia, -ae f. [ngr. τροχάλια, cfr Liddell-Scott, p.1828, s.v. τροχάλια: "v. τροχι-λεία" – op.mem. p.1829 s.v. τροχι λεία: "τροχιλεία, ή, block-and-tackle equipment, pulley or system of pulleys, roller of a wiundlass, and the like"]
Lüfter	cooling fan	ventilateur	ventilador	ventola di raffreddamento	*ventilātrum, -ī n.
Lichtmaschine	alternator	alternateur	alternador	alternatore	māchina *dynamica [Egger, Latinitas 1975,p.58]
Pleuelstange	connecting rod	bielle	biela	biella	ancōn, -ōnis m. [VITR.10.8,13,1; cfr Eichenseer, Vox Latina 1982, p.329]
Kolbenring	piston ring	segment	segmento	fascia	ānulus embolī [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.331]
Verbrennungsraum	combustion chamber	chambre de combustion	cámara de combustión	camera di scoppio	cella combustiōnis
Kolbenschaft, Kolbenhemd, Kolbenwand	piston skirt	jupe de piston	camisa de pistón	mantello del pistone	camisia embolī
Antriebsriemen	timing belt	courroie de distribution	correa de distribución	cinghia di distribuzione	lōrum distribūtiōnis
Nockenwelle	camshaft	arbre à cames	árbol de levas	albero a camme	axōn gibbōsus [Helfer, Lexicon Auxiliare, 3.ed., Saarbrücken 1991, p.398]
p.683 Kühler	radiator	radiateur	radiador	radiatore	refrīgerātōrium, -ī n. [Eichenseer, Vox Latina 1976, p.223]
Kühlerverschluss-deckel	filler cap	bouchon de remplissage	tapa	tappo	operculum refrīgerātōriī [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.335]
Kühlerblock	radiator core	grille	rejilla	griglia	crāticula refrīgerātōriī
Elektromotor	electric fan motor	moteur électrique	motor eléctrico	motore elettrico	*mōtrum *ēlectricum
unterer Kühlanschluss	lower radiator hose	durite de radiateur	manguito inferior del radiador	manicotto inferiore del radiatore	manica refrīgerātōriī inferior
Temperaturfühler	temperature sensor	thermocontact	sensor de temperatura	sensore di temperatura	*sēnsibulum temperātūrae

Lüfter	cooling fan	ventilateur	ventilador	ventola di raffreddamento	*ventilātrum, -ī n.
Zündkerze	spark plug	bougie d'allumage	bujía	candela	candēla +accēnsīva [Eichenseer, Latinitas viva, Pars lexicalis, Saarbrücken 1981, p.43]
Funkenstrecke	spark plug gap	écartement des électrodes	espacio para la chispa	distanza tra le puntine	distantia *ēlectrodōrum
Zündkerzengehäuse	spark plug body	culot	cuerpo metálico de la bujía	radice filettata	corpus candēlae +accēnsīvae
Sechskantmutter	hex nut	écrou hexagonal	hexagonal	dado esagonale	mātrix *hexagōnālis [1. cfr Scheller, Ausführliches...lateinisch-deutsches Lexicon, Deutsch-lateinischer Teil, 2.ed. Leipzig 1789, col.1948, s.v. Schraubenmutter: matrix (cochleae). 2. cfr John Edward Gray, Synopsis Reptilium, London 1831, p.29, n.23: "Emys scripta...:scutellis vertebralibus obtuse carinatis, 1mo urceolato, 4to et 5to longe hexagonalibus..."]
Kriechstrombarriere	groove	cannelure	ranura	scanalatura	striātūra candēlae [1. VITR.4,39; SIDON.epist.4,8,4]
Anschluss für Zündkabel	spark plug	borne	borne	morsetto terminale a spina	contāctus capulī
Mittelelektrode	centre electrode	électrode centrale	electrodo central	elettrodo centrale	*ēlectrodus centrālis [1. Groß, Vox Latina 1983, p.382. 2. PLIN.nat.2,86]
Isolator	insulator	isolateur	aislador	corpo isolante	*insulāmentum, -ī n.
Zündkerzendichtring	spark plug seat	joint de bougie	junta	rondella di tenuta	*parembysma candēlae [1. ngr. παρέμβυσμα cfr Liddell-Scott, s.v. παρεμβύσω "stuff in".]
Masselektrode	side electrode	électrode de masse	electrodo de masa	elettrodo di massa	*ēlectrodus massālis
p.684 Reifen	tyre	pneu	pneumático	pneumatico	canthus (pneumaticus) [Dumaine, Conversations Latines, 3.ed., Paris 1930]
Elemente eines Rades/ Reifens	parts of a tyre	parties d'un pneu	partes de un neumático	parti di un pneumatico	partēs canthī pneumaticī
Kennzeichnung	technical specifications	spécifications techniques	especificaciones técnicas	dati tecnici	notae technicae
Profil	tread design	sculptures	dibujo de la superficie de rodadura	scolpitura del battistrada	striātūra canthī pneumaticī [1. VITR.4,39; SIDON.epist.4,8,4]
Scheuerleiste	scuff rib	bourellet	banda protectora	striscia antiabrasiva	callum *dētrītōrium [2. cfr Castell, Lexicon Syriacum, Goettingae 1788, p.493: "detritorium (pulvis quo dentes deteruntur)"]
Reifenflanke, Seitenwand	sidewall	flanc	costado	fianco	paries laterālis [https://www.reifendiscount.at/de/reifenlexikon/reifenwissen-flanke.html: "Die Flanke bzw. Reifenflanke ist die Bezeichnung für die Seitenwand des Reifens . Sie beeinflusst sowohl


					Fahrkomfort als auch das Fahrverhalten“]
Wulst	bead	talon	moldura	tallone	torus , -ī m. [https://www.kfztech.de/kfztechnik/fahrwerk/reifen/reifenaufbau.htm:„Der Reifenwulst hat die Aufgabe, den festen Sitz des Reifens auf der Felge zu gewährleisten. Um eine Längenänderung des Reifens am Felgenumfang auszuschließen, sind im Wulst mehrere Drahtkerne eingearbeitet. Bei schlauchlosen Reifen dichtet der Reifenwulst zudem das eingeschlossene Luftvolumen gegen die Umgebung ab“.]
Rad	wheel	roue	rueda	ruota	rota , -ae f.
Radschüssel	disc	voile	disco	disco	discus , -ī m.
Felge	rim	jante	llanta	cerchio	vitus , -ūs f.
Reifenarten	examples of tyres	exemples de pneus	ejemplos de neumáticos	esempi di pneumatici	exempla canthōrum
Sportreifen, Semi-Slicks	performance tyre	pneu de performance	neumático de rendimiento	pneumatico sportivo	canthus *sēmilaēvis [cfr angl. “slick” i.q. laevis. https://de.wikipedia.org/wiki/Sportreifen : “ Sportreifen sind als Kompromiss zwischen normalen Reifen und nicht straßenzugelassenen Rennreifen zu verstehen. Sie nutzen den auf öffentlichen Straßen in Deutschland vorgeschriebenen Mindest-Negativprofil -Anteil von 17 % aus und haben deshalb in der Regel eine größere Aufstandsfläche als herkömmliche Reifen der gleichen Dimension mit mehr Negativprofil. Häufig ist auch die Profiltiefe von Sportreifen geringer , um die Walkarbeit der Gummiblöcke zwischen den Profillinien zu verringern. Außerdem wird eine weichere Gummimischung verwendet, die die Traktion beim Beschleunigen und Bremsen und die Haftreibung bei Kurvenfahrt erhöht .]
Ganzjahresreifen	all-season tyre	pneu toutes saisons	neumático de todas las estaciones	neumatico per tutte le stagioni	canthus omnium annī temporum [cfr Zwinger/Grelius/Stupanus: Ver omnium anni temporum formosissimum, Basileae 1569]
Winterreifen	winter tyre	pneu d’hiver	neumático de invierno	pneumatico invernale	canthus hiemālis [Eichenseer, Vox Latina 1980, p.443]
Touringreifen	touring tyre	pneu autoroutier	neumático de turismo	pneumatico granturismo	canthus periēgēticus
Spikereifen	studded tyre	pneu à crampons	neumático de tacos	pneumatico chiodato	canthus *spīnātus [2. cfr nomen medicum: musculus spinatus. - https://de.wikipedia.org/wiki/Spikes_(Reifen) : “Als Spikes bezeichnet man in das Profil von Reifen eingearbeitete Stifte , die dem Fahrzeug vor allem bei

					eisglatter Fahrbahn mehr Haftung verleihen sollen.“]
p.685 Diagonalreifen	cross-ply tyre	pneu à carcasse diagonale	neumático de capas al sesgo	pneumatico con carcassa a struttura diagonale	canthus diagōnālis
Radialreifen, Gürtelreifen	radial tyre	pneu à carcasse radiale	neumático radial	pneumatico con carcassa a struttura radiale	canthus *radiālis [2. nomina medica: nervus radialis, arteria radialis, musculus radialis e.m.al.]
Radialgürtelreifen	belted radial tyre	pneu à carcasse radiale ceinturée	neumático radial con cinturones	pneumatico a carcassa radiale cinturata	canthus *radiālis *cīnctūrātus [3. Massaaeus Kresslinger, Domesticae et privatae institutiones super practicam confessionalis, Frisingae 1719, p.723: “E.g. aliquis chordigerorum est simul cīncturātus Corrigiā S. Monicae, & ibi recipit generalem absolutionem in solemnitate Paschatis, ...”]
Wulstkern	bead wire	tringle	alambre del reborde	cerchietto	nucleus torālis
Innenisolierung	inner lining	revêtement intérieur	revestimiento interior	rivestimento interno	vestīmentum internum
Radialkarkasse	carcass ply	pli	capa del casco	tela radiale	tēla *radiālis
Gürtellage	belt	ceinture	cinturón	cintura	cīnctūra, -ae f.
Scheuerrippe, Scheuerleiste	scuff rib	bourrelet	banda protectora	striscia antiabrasiva	callum *dētrītōrium [2. cfr Castell, Lexicon Syriacum, Goettingae 1788, p.493: “ detritorium (pulvis quo dentes deteruntur)”]
Profil	tread design	sculptures	dibujo de la superficie de rodadura	scolpitura del battistrada	striātūra canthī pneumaticī [1. VITR.4,39; SIDON.epist.4,8,4]
Lauffläche	tread	bande de roulement	superficie de rodadura	battistrada	superficiēs canthī viāria
Seitenwand, Reifenflanke	sidewall	flanc	costado	fianco	paries laterālis [https://www.reifendiscount.at/de/reifenlexikon/reifenwissen-flanke.html: “Die Flanke bzw. Reifenflanke ist die Bezeichnung für die Seitenwand des Reifens . Sie beeinflusst sowohl Fahrkomfort als auch das Fahrverhalten“]
Batterie	battery	batterie d'accumulateurs	batería	batteria	*accumulātrum, -ī n. [https://la.wikipedia.org/wiki/Accumulatrum: “ Accumulatrum est pila electrica quae etiam atque etiam electricae onerari potest. Materia accumulatri seape lithium vel cadmium est“.]
Plattengitter	plate grid	alvéole de plaque	rejilla	griglia	crāticula *lāmināria [2. cfr Dictionnaire des sciences naturelles, tom.25, Strasbourg/Paris 1822, p.190: LAMINARIUS]
Plusplatte	positive plate	plaque positive	placa positiva	piastra positiva	lāmina positīva
Minuspolbrücke	negative plate strap	barrette négative	lamina de contacto negativa	elettrodo negativo	*ēlectrodus negātīva
Pluspolbrücke	positive plate strap	barrette positive	lamina de contacto positiva	elettrodo positivo	*ēlectrodus positīva
Flüssigkeits-/	liquid/gas separator	séparateur	separador de gas y	separatore	*sēparāculum liquōris

Gasscheider		liquide/gaz	líquido	liquido/gas	gāsique
Pluspol	positive terminal	borne positive	borne positivo	polo positivo	polus positīvus
Blockdeckel	battery cover	couvercle de batterie	tapa de la batería	coperchio	cooperculum *accumulātrī
Minuspol	negative terminal	borne negative	borne negativo	polo negativo	polus negātīvus
Dichtemesser	hydrometer	hydromètre	medidor de agua	densimetro	*hydrometrum, -ī n.
Batteriegehäuse	battery case	boîtier de batterie	caja de la batería	contenitore de la batteria	capsa *accumulātrī
Minusplatte	negative plate	plaque négative	placa negativa	piastra negativa	lāmīna negātīva
Scheider	separator	séparateur	separador	separatoro	*sēparāculum, -ī n.

Proxima pars inscribitur VOCABULA VEHICULORUM (IV).

**Haec vocabula communicatoria
excerpsit et in Latinum convertit
Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de>

CORRIGENDA (EL 195)

Victorius Nicolao salutem.

In epistula Leonina n. 195 vocabula quaedam Italica mutanda esse putaverim sic:

- 1) Pag. 11, linea 5 et pag. 12, linea 12: 'giubbotti'.
- 2) Pag. 21, linea 1: 'regolatore dello specchietto retrovisore'.
- 3) Pag. 22, linea 2: 'manopola regolatrice dello schienale'.
- 4) Pag. 23, linea 2: 'pedale dell'acceleratore'.
- 5) Pag. 25, linea 1: 'modulo di controllo della potenza'. Linea 11: 'freno a disco'.
Linea 14: 'tubo del freno'.
- 6) Pag. 27, linea 3: 'freno a disco'.
- 7) Pag. 28, linea 13: 'aspirazione'.
- 8) Pag. 29, linea 5: 'ciclo del motore a due tempi'.

Obiter: in linea undevigesima sextae paginae nonne rectius 'marito urgenti' (pro «urgente») scribendum sit?

Optime valeas.

Gratias ago plurimas *Victorio Ciarrocchi* qui Epistulas Leoninas solet quam attentissimê perlegere menda correcturus. Leo Latinus.

ECHÛS VOCES & EPISTULAE

25.03.2019

MAURUS AUGUSTUS

Maurus Augustus Leoni Latino s.p.d. S.V.B.E.E.V.

Leo amicissime, ante omnia gratias tibi ago toto pectore pro epistulis mehercle doctissimis quas ad me aliosque multos, qua es benignitate, mittere soles. Forsitan memineris quis sim. Sodalis enim sum Academiae Latinitati Fovendae, cuius tu ipse particeps existis atque eius in sinu te nosse potui anno praeterito occasione conventus romani.

A kalendis Ianuariis huius anni voluit benigna sors me praesidem esse consociationis cuiusdam cui nomen Europa Latina (<https://europalatina.live/>). Id ergo a te petere cupio: censesne fieri posse, si tibi libeat, ut epistulae tuae etiam in situ interretiali Europae Latinae collocentur, quo magis etiam diffundantur inter sermonis romani et veteris et recentioris amatores? Qua ratione, si casus ferat, id fieri potest? Possumne ipse, tuo permissu, epistulas inserere pagine interretiali, an mavis ipse alia ratione uti?

Spero te benigne responsurum esse teque interea precor quam optime valere.
Maurus Agosto

25.03.2019

Leo Latinus Mauro Augusto Academico sal.pl.dic.

Care Maure, libenter accepi epistolium tuum. Scilicet mihi bene notus sis, praesertim cum sciam, quanta cum navitate defendas Latinitatem vivam. Spero te omnes Epistulas Leoninas, praesertim indices meos vocabulorum bene accepisse. Heri misi tibi EL 194. Iamne inspexisti?

Libenter quoque tibi concedo, ut Epistulas Leoninas colloques in situ interretiali Europae Latinae (qui situs mihi placet, sed adhuc mihi videtur esse nimis vacuus). Tibi gratulor de honore accepto et exopto, ut situs vester vivat crescat floreat. Ceterum scribas mihi, quaeso, quidquid tibi in buccam venerit; praebeo tibi locum symbolae publicandae. Quid dicis de indicibus vocabulorum, quos edere soleo septimanatim? Vides me in praesenti tractare terminos rei autocineticae technicos. Cum lexicon picturatum, quod tracto, complectatur quadraginta milia vocabula Latine reddenda, labores sunt sat magni exanclandi. Ex altera parte agitur de notionibus concretis, non abstractis. Concreta sunt faciliora redditu quam abstracta. Hac de causa primo conficiendum est lexicon picturatum (Orbis Latinus), postea lexicon generale, cui insunt etiam abstracta. Quid censes, optime Maure? Spero fieri posse, ut inter nos habeamus commercium epistularum fructuosissimum.

Pancratice vale, Academice humanissime, et perge mihi favere.
Medullitus te salutat Leo Latinus.

27.03.2019

MAURUS AUGUSTUS

Ave Leo amicissime!

Toto pectore gratias ago. Quam celerrime operabor epistolis tuis in pagina nostra collocandis. Sodales nostri verbis meis te pariter salvare iubent et grati animi sensa benigne acciper orant.

Recte dicis, paginam nostram adhuc vacuum esse. Infeliciter hoc triennio, cum nondum essem consociationi praefectus, parum et nihil sodales egerunt, cum contenti essent se nudo nomine sodalitates insigniri. Nunc autem res in melius mutare omni ope conabor, ut instrumentum condatur revera Latinitati colendae quam maxime idoneum. Quam ob rem, ab eruditissimo quoque consilia prolata perpendere statui religiose, nihil incaute a limine reiecturus. Si tibi quoque voluptati erit interdum (vel etiam saepissime) nostra pagina uti ad evulgandas per Ausoniae fines optimas, quas scribere soles, paginas, scito, me admodum libente, id tibi liberum integrumque esse.

Vale, vir amicissime, nobisque fave. Tibi favemus.

21.03.2019

JAN-PIET KNIJFF

Johannes Leoni sal.

Audivistin', o maxime Leo, ante paucos menses diem obiisse Rubricastellanum illum? Heri casu in reti legi teque de re certiore facere volui. Vale.

21.03.2019

Nicolaus Iohanni s.

Gratias magnas tibi ago, care Iohannes. Nescivi Rubricastellanum obiisse.

Qui nobis donavit Asterigem Latinum. Sit ei terra levis. Rem nuntiabo.

Vale semper, care Iohannes. Mox accipies Epistula Leoninam 194.

Medullitus te salutat Nicolaus.

25.03.2019

GABRIEL HEINKEL

Salve, honestissime domine doctor Groß!

Quid agis? Loquitur Gabriel Heinkel discipulus pristinus. Me libenter devotivum ad Te afferre sentio et omnem hunc devotivum electronicum latine formare nunc quidem experiri volo.

Semestria iam quattuor Tvbingae arti principali philologiae latinae et arti appositae philologiae graecae operam do ac dictitare possum me hoc tempore nonnulla ad bonam eruditionem scholasticam addidicisse. Magistros seminarii philologici Tvbingensis bonos existimo et bibliotheca, in qua valde valeo, est.

Etiam Maximilianvm Below atqve Catharinam Stocker, qvi item per Te sermonem latinvm graecvmqve didicerunt, nunc Tvbingae latinitati operam dare stypens cognovi. Semestri proximo interfvi exercitationi, cvi casv et hi ambo interfverunt.

Lingvam latinam in Tvbingae vniversitate mortvam haberi et a nullo active dici doleo. Praeterea percepi paucos magistros ad bonam pronvntiationem antiquam niti. Socivs avtem vt ego phoneticae favens mihi scriptvm sciens non modo lingvam graecam sed etiam latinam sonis differentibvs acvtam esse explanans monstravit.

Non solvm stvdiis litterarvm sed etiam extra dvobvs annis proximis experiebar mvlta nova, qvae vitam valde proferebant. Hodie fide christiana liber vivo nec iam sacerdos catholicvs fieri expeto. De fvtvris longinqvioribvs statim nondvm prorsvs certo scio. Cvrsvm academicvm philologvs scientificvs appetitvrm esse iam aliquando mecum repvtavi, tamen adhvc ignoro an perseverantiam necessariam habeam. Forsitan stvdiis litterarvm perfectis cvstos bibliothecae laborare mihi maxime idonevm sit. Te quoqve aliquando mihi hoc consilivm tribvere memini.

Scientiae meae ad verba sine vitio latina fingenda nondvm svfficientis mihi conscivs svm, sed spero Te saltim fere, qvod hoc nvntio electronico Tibi tradere volvi, intellexisse. Ac rvrsvs ex Te aliquid avditvrm esse me valde ivvet. Exempli gratia ad me pertineat nvm in seminario philologico Tvbingensi magistri sint, qvi a Te privatim sciantvr vel Epistvlas Leoninas accipiant.

Toto pectore Te salvtat Gabriel Heinkel.

25.02.2019

OLIVIER ESPIÉ

Etsi latinitatis ita sum intellegens, ut pauci minus in ea re sibi confidant, hanc tamen sermonis Romani scientiam, quae mihi tenuis mediocrisque superest, quantiuis esse duco. Nam possunt ei quidem homines perbene scribere, qui rudes sint eius; sed hoc fieri posse non arbitror, ut qui rudes sint eius id quod scribunt construere sese tam plane sentiant quam si quis latinae eius orationis, quae subsit, non omnino sit ignarus. Item possunt ei quidem corpora humana describendo effingere perbene, qui quibus ex partibus constet corpus hominis minime didicerint; sed eum qui ea didicit aliquid inde fructus capere necesse est, hoc saltem, si nihil aliud, ut ad deprauandas audacius et felicius formas humanas, si quae sint in eis quae conficiat, ea scientia abutatur.

Iam uero lingua Latina Francogallicae non solum mater est sed etiam in genere dicendi magnificentiore educatrix. Illae autem ineptiae et incredibiles argumentationes, quae plurimae prolatae sunt ad ea defendenda quae incerto et fallaci nomine humanitatis studia appellantur, eae illuc pertinent ut id obscuretur

quod perspicuum est, quid sit re uera causae cur eam linguam plurimi faciamus cui debemus quidquid est in nostrae linguae monumentis firmissimum et honestissimum. Illa enim ad hanc nostram pertinet – id quod ipsum per se insigne est et singulare – dupliciter: nam primum hanc gignit se ipsam sensim identidem immutando, quae dum fit per gradus conuersio permulta in eam irrepunt et importantur quae cedentibus aetatibus adiunguntur confuse et asciscuntur.

Postea uero, cum nostra lingua Francogallica iam bene constituta et a stirpe bene disiuncta esset, hoc accidit ut uiri docti suaeque aetatis praestantissimi scriptores ex tanta in litteris exstantis sermonis Latini uetustate unum quoddam temporis spatium deligerent breuius quidem sed egregiis operibus adfluens, quam unam absolutae dicendi et scribendi artis aetatem constituerunt. Quos etsi recte fecisse planum fieri non potest, quoniam in tali re nulla argumentatio est, at hoc ostendere facile est, Ciceronis uel Liui uel Taciti scriptis opera studiose danda et ea re quasi combibenda illud exstitisse quod Francogallia in litterarum genere maxime eximium et solidum genuit. Vale. Olivier Espié

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- | | |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... | 22,00 € |

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EΙΣ AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandata- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE- TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE -Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	0040	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI - Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner- Eschenba ch	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90

28	00107 A	978-3-938905-27-2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207 A	978-3-938905-28-9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3-938905-29-6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD-ROM pdf	58 pp.	€ 32,90




**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

HANC EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM NONAGESIMAM SEXTAM
SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT



Die Mercurii, 10. m.Apr. a.2019

Nicolaus Groß
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



LEO LATINUS